

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

9

1273 maggio 1, Ind. I, Giovinazzo

«Splenduit» in mundo quo Christus flamine mundo anno millesimo ducentesimo septuagesimo tertio. Regnante ... Karolo, Dei gratia rege Ierusalem et Sicilie, ducatus Apulie et principatus Capue, alme urbis senatore, Andegavie, Provincie et Forchalquerii comite * imperii in Tuscia vicario generali, regni eius anno octavo, primo die mensis madii prime indictionis.

Nos soror [Scolastica, priorissa] monasterii monialium Sancte Marie Madalene de Iuvenacio et conventus monialium ipsius [monasterii] * in eadem civitate Iuvenacii, coram Nicolao filio sire iudicis, regio iudice Iuvenacii, Iohanne Paulo * eiusdem terre notarii et testibus subnotatis ... declaramus quod cum questio [exorta esset inter nos] ... et Philopissam, priorissam monialium monasterii sancte Lucie de Matera et conventum monialium monasterii ipsius ... de bonis Melis de sire Falco, de Iuvenacio, cuius Melis bona [ipsa Philopissa asse] rebat predicto monasterio Sancte Lucie integre pertinere, pro eo quod predictum Melem obtulisse se et sua [bona] monasterio predictae Sancte Lucie de Matera ad salutem sue anime subiungebat. Et nos ex adverso obi [ciebamus predicti M]elis fratris nostri legitimi bona omnia ex successione ab intestato nobis sue sorori delata per mediam * in solidum dicti Melis dicto monasterio Sancte Marie Madalene de Iuvenacio pertinere. Nolentes ipsum monasterium dubiis et incertis subtibus laborare ... providimus predictam questionem esse ... transactionis auxilio [definiendam] ... videlicet ut nos predicta soror Scolastica ... demus ... predictae priorisse monialium ... Sancte Lucie de Matera et eius conventui ... medietatem pro indiviso unius pectie de [terra cum] arboribus cuiuscumque sint generis intus

in ea stantibus, in loco sancti Petri Pavonis, iuxta olivas predictae ecclesie ... secus olivas alias nostras que supra abbatissa et prope olivas filiorum Angeli iaconi Leonis ... Et predicta priorissa et conventus monialium ipsius [monasterii Sancte Lucie renuntiant] omnem actionem, questionem vel controversiam eis competentem pro parte ipsius monasterii ex causa predicta ... altera medietate predictae pectie de terra ... pro indiviso [conventui ipsius] monasterii reservata ...

1

2

3

* Iuvenacii iudex

Monastero femminile in Giovinazzo per il quale cf. *Introduzione* testo corr. a nota 32.

Si tratta del notaio Giovanni Paolo che nel 1254 e 1261 roga due documenti nei quali utilizza lo stesso verso leonino per la datazione iniziale; cf. G. Antonucci, *Rime e Ritmi nella Diplomatica Pugliese*, in "Japigia" III (1932) pp. 215-226, a p. 219; G. B. Nitto De Rossi-F. Nitti, *Le pergamene del Duomo di Bari (1266-1309). Appendice: Le pergamene di Giovinazzo, Canosa e Putignano sino al 1266*, (Codice Diplomatico Barese II) Trani 1899, nn. 19 e 21.

S. Pietro Pago o Pavone, chiesa al centro di un piccolo casale nell'agro di Giovinazzo ai confini con Bitonto, abbandonato nel XVI secolo; cf. F. Roscini, *Giovinazzo e i suoi casali*, Giovinazzo 1977.